Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

patens est guttur eorum: linguis suis dolose age
bant iudica illos deus. Decidant a cogitacionibus
suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle
eos: quoniam irritaverunt te domine Et letentur
omnes qui sperant in te in eternum: exultabunt et
habitabis in eis Et gloriabuntur in te omnes qui
diligunt nomen tuum. quoniam tu benedices iusto
Domine ut scuto: bone voluntatis tue co
ronasti nos

Domine ne in furore tuo arguas me:
neque in ira tua corripias me Miserere
mei domine quoniam infirmus sum sana me domine.
quoniam conturbata sunt ossa mea Et anima
mea turbata est valde sed tu domine usquequo
Convertere domine et eripe animam meam: salvum
me fac propter misericordiam tuam Quoniam non est in mor
te qui memor sit tui in inferno autem quis
confitebitur tibi Laboravi in gemitu meo:
lavabo per singulas noctes lectum meum lac
rimis meis stratum meum rigabo Turbatus est
a furore oculus meus: inveteravi inter omnes
inimicos meos Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus vo
cem fletus mei Exaudivit dominus deprecacionem
meam: dominus oracionem meam suscepit Erube
scant et conturbentur vehementer omnes inimici
mei: convertantur et erubescant valde velo
citer Gloria patri anth Servite domino in timo
re et exultate ei cum tremore

Domine deus meus in te speravi: salvum me
fac ex omnibus persequentibus me et libera
me Nequando rapiat ut leo animam
meam: dum non est qui redimat neque qui
salvum faciat Domine deus meus si feci istud:
si est iniquitas in manibus meis Si reddidi
retribuentibus mihi mala: decidam merito
ab inimicis meis inanis Persequatur inimi
cus animam meam et comprehendat et conculcet in
terra vitam meam: et gloriam meam in pulve
rem deducat Exurge domine in ira tua: et
exaltare in finibus inimicorum meorum Et ex
urge domine deus meus in precepto quod man